Quelle: https://manuscripta.at/?ID=31292
Copyright: Stams, Zisterzienserkloster



usti eos de seruitute egipti et de captiuitate babilonis in te speraueruntet non in alio et ideo non sunt confusi quia assecuti sunt liberacionem que liberaciones fuerunt figure quedam hui liberacionis p morte mea facte

Ego aut licet sim maior omnibus natura quia deus et merito quia sanctus sanctorum dei michi omnis vermis et vilis sum in conspectu iudeorum vnde spuerunt in faciem meam et alapis eam ceciderunt tamquam contemptibilem et ita vilis reputatus sum ut non videar reputari homo sed nullius fortitudinis et vermis abhominabilis vnde factus sum obprobrium apud maiores sacerdotes et scribas et abiecto apud comunem plebem

Omnes hui mori mali tam maiores quam minores videntes me deriserunt locuti sunt labris me vituperando et plasfemando et mouerunt capita sua irridentes et dicentes verba que sequunt

Speraui in domino s. pre suo ut aut eripiat eum de manibus meis eum crucifigi non permittendo uel si non eripiat saltem saluum faciat a mortuis resuscitando qm ut aut deus pater diligit eum

Hec mala michi illi fecerunt sed precor domine ne discesseris a me Quoniam tu es qui supra naturam nasci fecisti me de vrgine ista eius virginitatis permanente spes mea a iuuentute mea in te iactatus sum exutero. v. ex quo factus sum homo tu solus es spes michi

Oro domine ne discesseris a me subtrahendo auxilium tuum quem De ventre matris mee deum meum cognosco et colo et hoc necesse est quoniam tribulacio passionis mee proxima est secundum tempus qua imminet et non est alius qui adiuuet eripiendo me de manibus Iudaeorum nisi tu solus deus

Describit seriem passionis